94.

de .v. panibus et duobus piscibus In isto die bapti
zatus est ihesus In isto resurrexit a mortuis In isto
die misit deus spiritum sanctum apostolis et in hac die
sedit ad dexteram patris In isto die erit dies
novissimus In ceteris gaudium ut anime habeant re
quiem. Qui vas electionis est michi. Per Micha
helem archangelum voluit dominus ut videret
Paulus penas inferni Et misit dominus mi
chahelem archangelum cum Paulo ut ostenderet
ei fratres oportet nos amare delicias paradi
si et amare penas inferni Que ostense sunt sancto
Paulo qui fuit in carne Et tulit illum angelus
.m. et ostendit ei fundamenta celi et fundamenta celi
vidit Paulus super aquas In super vidit [illegible]. In fine
de loco circulum in quo nullum lumen erat sed tene
bre interius erant et ibi igneum lumen ebulli
ens In quo erat maximus fletus exaltans usque
ad celos ibi sunt. Post infernum vidit et ante portam
Inferni vidit arbores et peccatores in eis suspensos
alii erant ligati manibus alii pedibus alii lingwa
alii capite alii brachiis alii collis et in [illegible]
[illegible] non ardente per [illegible] diversis coloribus [illegible]
puniebantur cum eo Prima pena [illegible]. Altera fa
mes Tercia ignis Quarta frigus. Quinta [illegible]. Sexta
fetor VII. fumus Et in ipsa fornace miscebantur
anime peccatorum que non egerunt bona et penitenciam
pro delictis suis alii ardent. alii quesierunt mortem
et non invenerunt quia anima humana nunquam mo
ritur Et erat ibi draco maximus habens mille ca
pita. [illegible] oculos. [illegible] pedes In uno capite
erat ignis magnus et in illo igne ponuntur for
nicatores Invidiosi et superbi. qui deum non amave
runt Et vidit in inferno viros nigros et muli
eres nigras valde laborantes Et dixit angelus
paulo hii sunt qui fornicati [illegible] uxores alienorum Et
vidit paulus puellam nigram in vestibus nigris et in
angelos malignos tenentes in manibus eorum